

Senec. *Vadit animus in preceptis, sciens, Rematque frustra à sana consilia appetens.*
 10 *Vel debile.* Peior in hoc sacrificio laudis victima debilis, quam clauda: equidem quod claudum aliquando erigitur & aliquando seditur, ut observant Ambrosius in *Apocalypf.* cap. 6. & Gregor. Magn. in *Ezechiel.* Homil. 14. quod verò debile caret interna virtute. Virtus interna deficit, quum in oratione tantummodo corpus adest: rejicitque Deus in laudis sacrificio quicquid debile: quia victima sine corde. Perpende. *Pater* (dixit Christus in sermone post cenam) *quos dedisti mihi, volo ut tibi sum ego, & illi sint mecum.* Quos per Apostolorum successionem Pater æternus dedit filio, ut sint cum eo: proculcubio arbitrator, qui additi choro. At multa in auctoritate nobis negotium facessunt. Cum illo tunc discipuli erant, & ubi erat: cur ergo petit à Patre ut sint ubi ille cum illis est, quando alibi, qui secum habet, non sunt? Deinde: si illos habet secum intra cenaculum; cur exorat, quos habet, ut habeat secum? Ut oratio fiat debito fine, atque cordis attentione. Qui assuntur divino officio, assuntur sanequam choro, ubi Christus est & sunt: sed non sunt ubi ille cum illis est, nisi illorum præsens sit cor; quia presentia astruitur minime labijs, sed intentione & attentione cordis. Est Christus cum illis & illi cum Christo, modò animi ictu prompta procedat oratio: dicitque pro fine recto, *ubi ego sum, illi sint;* quippequam qui sine fervore assarent, fuissent na quasi non essent. Ubi fuerint laudantium corda, ibi à Christo designatur presentia: societasque sociorum sollicitatur à Christo, dum somus cum illo in choro; igitur non est presentia presentia, si cor assistentium longè. Ubi corda, ibi laudantium charissimata, & plausi laudibus dona. Unde ille dicit: *Omnis qui petit, accipit, & qui querit, invenit: & pulsanti aperietur.* Luc. 11. 10. Sic virtutem acquirunt, qui sunt ubi Christus est, offerentes cum vocibus corda, queis comprobatur presentia: dimittunturque inanes, quorum in vocibus duntaxat audiuntur voces; quoniam non pulsant, dum clamant, remoto corde, summa in virtute virtutis debilitate: igitur qui sic petit, nihil accipit; qui sic querit, nil invenit. En causa cur addit, *Mecum.* Pendet societas ab animo, & à sociorum in quantum emolumentis; quippe qui cum illo non colligit, non colligit, sed dispergit. Sunt orantes cum

Presentia orantis ex presentia cordis.

Matth. 27. 30.

illo, si ille habet secum; ut communiceb bonum. Secum habet, dum corda continent, nequaquam quum voces audit: dicitque ut orantium habeat cor, quod quicquid secum, secum sint; quoniam nullam audit vocem, propter nimiam victimam virtutis debilitatem. Necessè est quòd dicitur: *ut oratione accedat, & pulset anima; ut capiat cœlestia dona: verum cum Christo non sit, et si eius audiatur vox; remanet tantum statua, in Salvatoris presentia: quantum quidem ita debilis oratio sine virtute subsistit, ut præ levitate virum nec pedem movere possit.*
 11 Denique victima in Dei laude, nihil debet habere *deforme.* Ex attentionis defectu quanta animarum ruina! quanta incommoda; igitur de malis precipitantur in mala. Ex defectibus præfatis non forma in orantium prece, quasi quid in virtutis materia informe. Quid ergo erit deforme in Dei summi promptis laudibus? Animus laudantium penitus dissolutus, qui in reatum criminis, torquet sanctitatis orationem; & simul sine ullo respectu maiestatis presentis, proculcat Dei maiestatem: siquidem cogitatur in orationis loco, etiam alienum ab angulo. *Qui non possunt occurrere horà competenti in Oratorium* (inquit Doctor Monachorum, d. cap. 50.) *agant ibidem opus Dei, ubi operantur* (ergo qui extra Oratorium nil operantur; semper distringi debent ad Oratorium. Vellem hæc in perpendi, pro facili debiti arctissimi dispensatione) *cum tremore divino stectentes genua.* Genua stectere, est summa signum reverentia: & eò crescit effrontis pervercatia petulantia; ut expuatur divina auctoritatem maiestatis, sub demonstratione ficta supremæ venerationis. Cum Christo erant qui illum ceciderunt flagellis, qui coronarunt spinis; sed illos nequaquam habebat secum, quorum videbat consortium: igitur non sunt illius; qui in unum congregantur, non ut Christum laudent, sed ut tribulis coronent, vel flagellent. Hucusque procedere videbatur improbitas, & ultra progressa ingeniosa malignitas: *Genus stectens ante eum, illudebant ei.* Claret quousque perveniat cogitationis audacia, dum versatur impudenter inter illicita. Genuflexio exprimit summam cordis subiectionem, & subiecti acclinationem, insignem reverentiam, & in venerandi gloriam; cuius magnitudini, prænt excellentiam celsitudo, meritò iureque respondebat adoratio, laude comite; & quapropter di-

Quid oratio deformis?

S. Bened.

Dei studeat risui, sub adorationis specie.

Matth. 27. 30.

DIDASCALIA III.

Nativitas Ioannis pignus nativitatis Salvatoris.

cebant: *Ave.* Quis crederet quod cum laudarent, illuderent? Laudabant, verum expuebant: illudentes adorabant, ostendentes quo proposito querebant esse cum Christo: igitur quem videbant, magis figebant spinis, sub specie detestabili & titulo adorationis.
 12 Hanc dicemus cordis supplicis humilitatem, vel humiliationem? Orationem, vel certamen? Profectò ludibrium, subannatio, opprobrium & cordium pugna; ubi acerbior latet sub honore irreverentia. Hoc est ministerium ante faciem Domini? Hicne cultus, dum expuatur facies? *Ministerium in ministrando:* ait Doctor Gentium. Vivide: etenim ab additis in terra cœlesti choro, officium nequaquam adimpletur sine officio. Ministerium debet esse, & non ministerium sine ministratore: equidem si ministerium laudis est & laborum sacrificium; quanam sacrificij in acceptionem exhibita victima polluta, clauda, cæca, debilis, atque abominacione deformis? *Ministerium tuum imple:* dicit Paulus. Ministerium ministrando, ut sit in officio plenitudo. Ministerium est officium divinum sumptum nudè: plenitudo, vox laborum presente corde: & non tantum dicit Paulus ministerium, sed etiam in illo ministracionem; quia nequaquam ministerium impletur, nisi ministrans habeat ministerij plenitudinem: *Vulgò: No se cumple:* etenim in officio debet ministracionis, minime virtus que iacet tantum materia virtutis. Alia alibi. Ita ministeria, ne opera sint inutilia & otiosa: diciturque in ministerio ministratio, ubi ministratur Domino; quia officium exigit suapte conditione actionem, quam non habet, nisi habuerit plenitudinem. Non orat, qui movet labia; sed quorum voce laboriorum moventur corda. Hæc est voluntas laborum, à qua nunquam cordis defraudatur desiderium: siquidem quæ vota ascendunt in præce, descendunt de cœlo gratia. Sic orandum in officio, ut sit ministerij ministratio: igitur solum in oratione orat (ut verbis utar Profani ad *Pison.* v. 215.) qui
 Animum, non carmina iactat.

Sub honore irreverentia.

Rom. 12. 7.

2. Tim. 4. 5.

Non est oratio, cui deficit orationis plenitudo.

Psal. 20. 3.

Lucan.



1 **Q**uasi catagraphe per adumbrationem huius felicitatis, præ se fertur ortus optatus Samuelis. Deo sinitur eo tempore, quo sermo Domini erat pretiosus, quia non erat visio manifesta. Ita res se habebat, sed puer Samuel ante faciem Domini ministrabat. Quo pacto ante Domini faciem ministratio, si Dei nec per somnum erat visio? Eminebat Dei gratia, & infantis in ministerio excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: equidem excellentia virtutis tante Domino acceptionis; ut idem esset Samuelem ministrare, ac Dominum apparere. Claret in puero Samuele Præcursoris sciagraphia, quo effusum tendebant humana vota: equidem Ioannes ita Salvator acceptus; ut fieret Prodomus, præcognita in carne facta nativitate Salvatoris, ex felicissima nativitate Ioannis. *Tuba cœli, præco Christi, par Angelis, Signifer superni Regis* (ait Chrylog. *serm. 91.*) *Iam nascatur Ioannes, quia in stat nativitas Christi: surgat novus Lucifer, quia iubar iam veri Solis erumpit: det vocem præco; quia adest iudex: clamet tuba, quia venit Rex: & quia processurus est Deus, Angelus iam præcedat.* Dignum sanè, quod Lucifer præcedat Solem: verum mirum, quòd sequatur Sol præcedentem. Non mirum, Præcursor est: sequiturque cursum Sol, quippequam ex nativitate Ioannis cognoscendus ortus Solis;
 Unde diu optatum terris iubar adfuit, unde
 Perdita tot facili nostra reperta salus.
 2 Quis putas puer iste erit? dicebant qui Ioannis audierant nativitatem. Cur igitur visis tot miraculis (queis stupor cunctis non dicunt quis sit, sed *Erit?* Solem præcessurum dicit Angelus: *Ipsè præcedet ante illum.* v. 17. Altruit pater nuncium, *Præbis ante faciem Domini,* v. 76. quippe tunc Domini videbitur facies. Cunctorum cogitatio est de futuro; sed miraculis cunctorum vincitur, est ex cœca cogitatio: igitur quæcumque futura, ex ipsa Ioannis nativitate presentia. *Etas Ioannis*

1. Reg. 3. 1.

Cap. 2. 18.

Samuel quum Deo acceptus.

Chrylog. Baptista encomia.

Benavid.

Luc. 1. 66. Etas etas ab utero.

Alb. Magn. nis ex utero: inquit hic Albert. Magn. Ante tempus rutilat in sacra functione muneris; quæ noscenda in plenitudine temporis. In plena Ioannis ætate Vocis illi creditur munus, quod implevit ex quo natus, clamore miro & eloquio; quippe cius atas ab utero. Nonne infans? Sed eloquens. Vox haud præpeditur, quum Ioannes nascitur: & quid erit inquiritur in ipsa nativitate; quoniam ex ipsomet ortu respondet expectationi. Lucem videt, & acturum est quod erit. Nil erit nisi quod est, quippe nascens claret Salvatoris vox.

3. Elisabeth (dicit Lucas) impletum est tempus parendi & peperit filium. Propè sanè adventus Salvatoris, qui promittitur futurus in plenitudine temporis. Claret causa. In alijs vaticibus erat prophetia: Ioannes est plusquam Propbeta. Alij sonus, Ioannes vox. Vox dicit verbi conceptum:

Vox nuncia mentis. Iuvenec. Accinit Iuvenecus lib. 1. Eoang. hist. v. 68. supraque prophetas est, dum nascitur Ioannes vox; igitur si ex voce verbum, Salvatoris micat signum: signum utique, & clarum: quandoquidem ex huiusce vocis ortu, Verbum erat iam in mundo. In gratia impleta naturæ lex; etenim in rationali sine verbo non est vox. Ergo Ioannem peperit Elisabeth. Quid novi? Audierunt vicini. Audierunt? Quid audierunt? Ioannis ortum. Vide N. La-Zerd. in Mar. effig. Academ. 32. n. 32. Vox auditur, & non ortus. Quorsum ergo Ioannes, qui ex matris utero patet oculis, notefcit obiectum auris? Quod in dubium excitat intellectum, peregrinum hincsq; dicit miraculum. Qui plus quam propheta, nascitur: qui Verbi vox, in gaudium multorum oritur. Si vox obiectum auditus, in partu mirabili, non mirabilis sensus: igitur si vox nascitur; quid mirum, quod audiretur? Vocis exponitur partus, dum prodit ex Elisabetha filius: nascitque nativitate pueri, audierunt puerum videntes tam cognati, quam vicini; quoniam pueri expectantibus nativitatem, Elisabeth pepererat Verbi vocem.

4. Ulterius: Illa peperit, & vicina Ioannem natum audivit. Nihil videtur dici à Luca de infante, sed tantum de astantium cogitatione, exposito illorum iudicio de puerulo recens nato. Quis putas puer iste erit? In præsentium sine affirmatione iudicio, latet pueri amplissima commendatio. Quis erit? Quò extendere po-

terant affectus cogitationem (uti voluntatis amatissima votum) erat fore vocem concutientem desertum (iuxta Evangelici Vatis prophetiam) maioris prophetarum excellentiam. Quo plus; vox erit, asserunt: & vicini illum nascentem audierunt; etenim si in posterum expectabant clarum ministerium vocis, audierunt futuram vocem ab hora nativitatis. In allegoria lucet magis Præcursoris excellentia. Vicini qui audierunt (iuxta mentem Gregor. Magn. Homil. 20. in Eoang. gth.) fuere Iudæi. Nodus difficilis, Iudæi non audierunt usque in ætatem perfectam, cius aulteram videntes vitam, moventisque corda in penitendum criminum, ac implentis accedentibus in penitentiam desertum, pro culparum remissione: quomodo igitur audierunt in ipsa nativitate? Quia ut potè facta lusciniæ, totus vox, nihilque præterea: auribusque perreperunt à principio, quam postea adultæ in ætate audiverunt in deserto. Hinc dicitur plus quam propheta. Hinc: Utique. Alij (inquit Augustin de Sanctis, ferm. 23.) nati sunt, ut postea prophetarent: Ioannes autem Dominum Christum ipsa nativitate prophetavit. Præcursor Domini illum prophetavit in deserto voce: dicitque Augustinus, ab ipsa nativitate; ut constaret plus quam propheta munus, dum Ioannes in mundum natus: igitur edidit vocem, ut signaret Redemptorem, simulatque accepit lucem.

Mox etiam assuetam penetrans spiracula mentem. Iuvenec. Completusque canit venturi conscia d'eta. Iuvenec. d. v. 142. Venturum canit, quamprimùm accipit lucem. Cur si venturus? Vox natus, quam percipit singulariter, hauriens auditus: & ministerium adhuc infantulus implet, quippequam à principio est quoad vocem id quod erit.

5. Contemplatur articulum. Nascitur Baptista, & audientes mutuò congratulantur. Habet Sanctorum edicio plurimorum gaudium, quoniam commune est bonum: ideoque in ortu Præcursoris futuræ vitæ insignie præmittitur, & gratia fecuræ virtutis, exultatione vicinorum præfigurante, signatur. Mirabilia facta in eius nativitate: & super omnia montana Iudæa divulgabantur omnia verba hæc. Quenam verba? Nulla dicta. Quæ igitur & qualia verba, ut fama circumdiceret per montana? Nativitatem Ioannis audierunt vicini: nativitas non habet virtutem verbi. Quenam ergo verba vulgantur,

terant affectus cogitationem (uti voluntatis amatissima votum) erat fore vocem concutientem desertum (iuxta Evangelici Vatis prophetiam) maioris prophetarum excellentiam. Quo plus; vox erit, asserunt: & vicini illum nascentem audierunt; etenim si in posterum expectabant clarum ministerium vocis, audierunt futuram vocem ab hora nativitatis. In allegoria lucet magis Præcursoris excellentia. Vicini qui audierunt (iuxta mentem Gregor. Magn. Homil. 20. in Eoang. gth.) fuere Iudæi. Nodus difficilis, Iudæi non audierunt usque in ætatem perfectam, cius aulteram videntes vitam, moventisque corda in penitendum criminum, ac implentis accedentibus in penitentiam desertum, pro culparum remissione: quomodo igitur audierunt in ipsa nativitate? Quia ut potè facta lusciniæ, totus vox, nihilque præterea: auribusque perreperunt à principio, quam postea adultæ in ætate audiverunt in deserto. Hinc dicitur plus quam propheta. Hinc: Utique. Alij (inquit Augustin de Sanctis, ferm. 23.) nati sunt, ut postea prophetarent: Ioannes autem Dominum Christum ipsa nativitate prophetavit. Præcursor Domini illum prophetavit in deserto voce: dicitque Augustinus, ab ipsa nativitate; ut constaret plus quam propheta munus, dum Ioannes in mundum natus: igitur edidit vocem, ut signaret Redemptorem, simulatque accepit lucem.

Mox etiam assuetam penetrans spiracula mentem. Iuvenec. Completusque canit venturi conscia d'eta. Iuvenec. d. v. 142. Venturum canit, quamprimùm accipit lucem. Cur si venturus? Vox natus, quam percipit singulariter, hauriens auditus: & ministerium adhuc infantulus implet, quippequam à principio est quoad vocem id quod erit.

5. Contemplatur articulum. Nascitur Baptista, & audientes mutuò congratulantur. Habet Sanctorum edicio plurimorum gaudium, quoniam commune est bonum: ideoque in ortu Præcursoris futuræ vitæ insignie præmittitur, & gratia fecuræ virtutis, exultatione vicinorum præfigurante, signatur. Mirabilia facta in eius nativitate: & super omnia montana Iudæa divulgabantur omnia verba hæc. Quenam verba? Nulla dicta. Quæ igitur & qualia verba, ut fama circumdiceret per montana? Nativitatem Ioannis audierunt vicini: nativitas non habet virtutem verbi. Quenam ergo verba vulgantur,

cur, si duntaxat Ioannis nativitatem audierunt? Nativitas Ioannis, qui natus munere vocis; eiusque ortus designatur per Verba, quoniam extunc vox audita: igitur vulgatum est, quicquid prompte infans vox. Acu tangit Ambrosius hic, lib. 1. Tempus siletur infantia, eò quia infantia impedimenta nescivit. Infantia erat in nascente, & non erat infantia. Infantia ex tempore, non in voce. Infantia pueri est, quum ad verbum non est vox: Ioannesque nascens infantia impedimenta nescivit, quoniam qui Verbum est Patris, ex quo natus pronuntiavit. Ex corroborazione cerebri (in sententia Plinij) infertur locus cognitionis in impedimento infantia. Nec corroboratur (inquit, lib. 11. cap. 37.) ante primum sermonis exordium. Iam ergo cognitionem habebat Verbi, qui sine impedimento infantia notabar voce: & ut excelleret in munere credito, ita adductus fuit officio; ut prænnunciaret & pronuntiaret Verbum, & etiam ante primum sermonis exordium. Ante: sed qua antellatione? Ex quo cepit existere. Quæris aliquid supra summum? Ultra summum non est locus: ait Seneca, de Vita beat. cap. 9. & Epist. 74. Fallitur, ultra summum datur ultra; quippe verbum in infantia. A summo Ioannis egressio, & occurfus eius usque ad summum eius: igitur nesciens impedimenta atatis, ante exordium sermonis semper fuit munitis. Hinc divulgabantur omnia verba hæc, auditaque infans vox. Verba dicuntur que miracula; siquidem miraculum, quod in infante essent verba. Verba, que in nativitate mirabilia: etenim nihil magis inter mira plausibile, quam vox infantia.

6. Verum que vox infantia, quum infantia careat voce? Dicit idem: Ego vox. Augustin. ubi dudum, ferm. 36. Non sum ego Verbum, sed vox Verbi, ut per me ad auditum hominum sensusque perveniat: & in voce rutilat excellentia, quod vox Verbi & ab infantia. Vos inquit Seneca, Epist. 124.) à manifestis beatam vitam sui initium capere dicitis. Quod contingit & protinus nato, non dico bonum, sed initium boni. Tu summum bonum infantia donas; ut inde incipiat nascens, quò consummatus homo pervenit. A manifestis sanè beata patet vita Baptista; igitur summum adeptus est bonum, quod vitæ beatæ signabatur initium. Summum bonum concedendum protinus nato; quippe tunc pervenit quò consummatus homo; etenim illicò natus, erat mirè quod futurus, Ipse

Tom. V.

est Elias, qui venturus est: dicit Salvator de Ioanne. Haud facilis nexus, ipse est & Venturus. Quomodo venturus, qui præsens adest? Ioannes utique est quod erit. Non amplius in ministerium habebit, quam recens editus habet. Protinus nato contigit vitæ consummata perfectio, ac virtutis singularis magnitudo. In desertum Verbi Dei Præcursor venturus vox: Christusque profert, Ipse est qui venturus est; quoniam Dei Verbum enunciat ex ortu, quod facturus in deserto. Fit verbam Domini à Spiritu Sancto in deserto super Ioannem, ut munere exerceat vocem. Est profectò Sponsi amicus quod erit, etenim in huiusce exercitium ministerij, repletus Spiritu Sancto ex utero matris suæ.

7. Aliter cogitat, quò supra Augustinus. Vox Ioannes (inquit Dominus autem in principio erat Verbum. Ioannes vox ad tempus; Christum Verbum in principio, Tolle verbum, quid est vox? Ubi nullus intellectus, soni est strepitus. Vox sine verbo aurem pulsant, cor non edificat: necesse itaque quod Verbum adest, ut Ioannes Verbi vox esset; voxque insignis claruit Verbi, ab ipsa nativitate; quoniam non auris soni strepitu percussa, sed voce extunc pulsavit in Verbum corda. Peperit filium Elisabeth, & uti vocem audierunt vicini. Super montana divulgabantur omnia verba hæc; igitur ab infante audita vox: verum quid? Posuerunt omnes qui audierunt in corde suo. In corde: Si audierant, locus aptior in aure. Nullatenus, quia vox Verbi. Vox sine verbo strepitus auris. Claret vox verbi ex commotione cordis: & non in aure qui audierant, sed in corde verba collocant; quippequam Ioannes ex quo natus Verbi vox, direxit audientium corda in notitiam Filij Dei.

Qualiter in medias dum lux præclara te-nebras Funditur, & proprium non offuscata serenum, Decuit expulsa ille est vultibus umbras. Sedul. lib. 2. Carm. v. 155. Haud alio intuitu Chryostomus in Serm. de Baptista. Tom. 2. dicit: Quando natus est, diem lampadem appellavit. Vox sanè erat illuminans, lucernaque loquax, ut surgerent in lucem qui sedebant in tenebris; & gressus in viam dirigerent pacis: quandoquidem lucerna constitutus ab ipsa nativitate, ut testimonium perhiberet de lumine. Lux & vox, Lux mentis, vox cordis. Lux in co-

guit

Qui vox natus, simulac natus auditus.

Matth. 11. 14.

est Elias, qui venturus est: dicit Salvator de Ioanne. Haud facilis nexus, ipse est & Venturus. Quomodo venturus, qui præsens adest? Ioannes utique est quod erit. Non amplius in ministerium habebit, quam recens editus habet. Protinus nato contigit vitæ consummata perfectio, ac virtutis singularis magnitudo. In desertum Verbi Dei Præcursor venturus vox: Christusque profert, Ipse est qui venturus est; quoniam Dei Verbum enunciat ex ortu, quod facturus in deserto. Fit verbam Domini à Spiritu Sancto in deserto super Ioannem, ut munere exerceat vocem. Est profectò Sponsi amicus quod erit, etenim in huiusce exercitium ministerij, repletus Spiritu Sancto ex utero matris suæ.

7. Aliter cogitat, quò supra Augustinus. Vox Ioannes (inquit Dominus autem in principio erat Verbum. Ioannes vox ad tempus; Christum Verbum in principio, Tolle verbum, quid est vox? Ubi nullus intellectus, soni est strepitus. Vox sine verbo aurem pulsant, cor non edificat: necesse itaque quod Verbum adest, ut Ioannes Verbi vox esset; voxque insignis claruit Verbi, ab ipsa nativitate; quoniam non auris soni strepitu percussa, sed voce extunc pulsavit in Verbum corda. Peperit filium Elisabeth, & uti vocem audierunt vicini. Super montana divulgabantur omnia verba hæc; igitur ab infante audita vox: verum quid? Posuerunt omnes qui audierunt in corde suo. In corde: Si audierant, locus aptior in aure. Nullatenus, quia vox Verbi. Vox sine verbo strepitus auris. Claret vox verbi ex commotione cordis: & non in aure qui audierant, sed in corde verba collocant; quippequam Ioannes ex quo natus Verbi vox, direxit audientium corda in notitiam Filij Dei.

Qualiter in medias dum lux præclara te-nebras Funditur, & proprium non offuscata serenum, Decuit expulsa ille est vultibus umbras. Sedul. lib. 2. Carm. v. 155. Haud alio intuitu Chryostomus in Serm. de Baptista. Tom. 2. dicit: Quando natus est, diem lampadem appellavit. Vox sanè erat illuminans, lucernaque loquax, ut surgerent in lucem qui sedebant in tenebris; & gressus in viam dirigerent pacis: quandoquidem lucerna constitutus ab ipsa nativitate, ut testimonium perhiberet de lumine. Lux & vox, Lux mentis, vox cordis. Lux in co-

guit

Qui vox natus, simulac natus auditus.

Matth. 11. 14.

gnitionem, vox in veritatis indicem, vel dum nascitur; quoniam per illum extrunc Dei Verbum homini ostenditur.

8 Pergo. Elisabeth quæ sterilis peperit filium, potius natum ex gratia, quam ex natura, ut ait Chrysostom. seu Imperfectus Homil. 3. in Matth. Audierunt ergo vicini, & in tanta gratia, quod magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa. Nascitur orbis miraculum ex sterili, in quo substantia collata gratia. Unde quidem in dono excellentia nova provenit; ut Deus huiusmodi gratiam magnificaverit? Ex eo quod audierunt Ioannem nascentem, gratia genitrici concessa cognoverunt magnitudinem. Gratia Dei utique, si ex sterili nascitur: magna omnino, quod nascens audiretur. Gratia, quod ex sterili sit: grandis profectò, quod infanti adhaerere vox, indicans verbum mentis, ex nativitate infantis: vicinique audientes partus gratiam non solum dicunt gratiam, sed & magnificam; quoniam non tantum peperit senex infanteum, sed Verbi Dei cœlestem, insignem vocem. Ita futurus. Iccirend nunciatur Magnus. Semper magnus, quippe præstat quod futurus, auditæ præconis voce in ipsa nativitate. Adintra Nil nascitur, de quo Lucan. lib. 10. v. 296.

Luc. 1. 58. Orbis miraculum.

Verf. 5. Semper magnus.

Lucan.

Augustin.

Chrysof. Encomia.

Chryfol.

Nec licuit populis parvum te Nile videre. Hæc enim in nativitate audita, sed videnda maiora. Verum quæ? An quia minor esset, si Deus diceretur; maiorque revocatur, ne Deum se existimet? Nemo surrexit maior. Quisquis Ioanne plus est; non tantum homo, sed & Deus est: inquit Augustin. de eo, serm. 4. Ipse scbola virtutum, legis summa, Evangelij satio, Apostolorum vox, silentium Propbetarum, lucerna mundi, Præcursor iudicis, Christi metator, Domini testis: Chrysostom. Homil. 16. in Matth. Quid Chryfologus? loc. cit. n. 1. subdit: Nascitur maior homine, arcanum Dei Patris, Filij nunciatus; peccatorum venia, Iudaorum correctio, vocatio Gentium, legis & gratia fibula; ut probaretur maior homine, qui in ortu suo excedebat legem nativitatibus humanæ. Non facile captu acumen Chryfologi. Maior est homine, quia legem excessit nativitatibus humanæ. In quo excessus, si uti ceteri natus? Si nascitur vox, extunc à cunctis audita est: quid novi in huiusmodi mirabili voce, ut excedat legem nativitatibus humanæ? Nunquam visum, quod usque in Ioannis nativitatem servatum; igitur non tantum natus vox auris, sed vox visibilis.

10 Convertamur ergo in Ioannis nativitatem, ut eius videamus vocem. Peperit filium Elisabeth, in cuius partu mira portenta facta, quæ illicò audita Divulgabantur omnia verba hæc. Id est, miracula, uti canit Paulinus Consular. Carm. de Baptista. v. 16. Ille quidem tantus, quantum potuit dare mundo.

Qui nascitur talem nova per miracula inquit.

Miracula dicuntur verba? Et proprie, in Ioannis nativitate. Improprium videtur, dari oculorum luminibus, quod iure debetur auribus; sed in nativitate Ioannis non absurdum, quod singulare videtur in nexu contradictionum: equidem si nascente Ioanne vox est visa; vox profectò in ortu miraculosa. Novum non est, si vox auditur: miraculum eximium si videtur. Peregrinum prorsus, quod qua movetur auditus, sub eadem ratione sit species alterius sensus; & in Ioannis nativitate peregrina nectuntur verba & miracula, vox & prodigium; quippe inauditum portentum, in infantia audiri vocem, & quia vox, esse visibilem. Miraculum est quicquid præter, aut super naturale. Audiri vocem, non est mirabile; sicut, nec miracula videri. Quod detur oculis species aurium, est peregrinum prodigium: & in Præcursoris ortu quæ prodigia inaudita dicuntur verba, & vox audita miracula; igitur statim ac Præcursor huius orbis vidit lucem, qui audierunt infantem, viderunt in illo vocem. Dialecto nostrâ: Fue milagrosa la voz al gozar la luz: y uniõse milagro y voz; porque luego nec corpus nec lux. Innuic Evangelista. Elisabeth (ait) impletum est tempus parienti, & peperit filium. Quorsum huiusmodi verba, quæ videntur pleonasmica? Necessarius utique partus, si in perfectam formationem pervenit factus: necessarius etiam filius in articulo partus. Cur igitur quæ necessaria exprimentur, si in expressis continentur? Quia novo erat miraculo nasciturus orbi; & decretum nova per miracula nasci. In foream incidimus, Quomodo emergemus? Con-

Ubi supr.

Paulin.

Vexille miraculosa.

Et vox visibilis.

Verf. 63.

Verf. 57.

Concèptio Ioannis ex parentum conditione fuit mirabilis: haud nativitas respectu perfectæ conceptionis. Cur igitur Ioannis utraque lucis principium non solum dicitur miraculum, sed miraculum novum? Ioannes vox concipitur, & vox nascitur; visumque miraculum novum, cum nasceretur. Vox in infante non est, nec usquam oculis percepta vox. Quod audiretur in ortu, fuit miraculum: restabat igitur miraculum novum, ex eo quod vox videtur, quæ in infante miraculosè audiebatur: actutumque ut mater peperit filium, notum miraculum novum; quoniam non audierunt audientes infantis vocem, & viderunt infantem; sed audierunt mutum clamantem infantem, & simul viderunt vocem. Eadem species in alienis sensibus inherebat, quæ admirationem ad illorum suspensionem vocabat. Nova coruscabant miracula, sed admiratio in videntibus & audientibus non nova. Si vox videtur & verba infantis audiuntur; quid mirum, quod mirarentur?

12 Altrui Salvalor, cuius ille præcursor. Vox Ioannes est ab utero, in ortu, demumque vox in deserto: hæc de causa post eologia Christus dixit: Qui habet aures audiendi, audiat. Nil Ioannes est, nisi Salvatoris vox. Dignum enim videtur inquisitione, quare tunc dixerit Christus: Quid existis in deserto videre?

Vox latè resonat desertis vallibus amplas, Dum aderant populi, passimque hinc inde ruentes

Complebant ripas, avidique lavacra petebant.

Quid in desertis voluistis viscere nuper? Hunc etenim memorat veneranda lectio Vocis.

Si vox, cur Dominus alloquitur illos, dicens, Quid existis videre? quum aptius videbatur, Quid existis audire? In deserto Ioannes prædicabat; turba audiebat: quare igitur non dicitur audiri, sed videri? An quia prædicabat vita, magisque moveantur in compunctionem scissa corda vitæ prædicantis, quæ vices gerebat vocis? An quia mirabilia visa, cum Ioannes fecisset nulla? Quodlibet Ioannis verbum erat miraculum: unde non mirum circa idem in Ioanne, simul audire & videre; quippe videbantur verba, & audiebantur miracula. Vox Ioannes erat, & vox singularis. Vox communis collocatur in concavo auris: vox singularis in oculis: & cum Ioannes signatur voce, non dicitur audiri, sed videri; siquidem vox quæ com-

Ioann. 10. 41.

Quodlibet Baptiste verbum erat miraculum.

Tom. V.

probatur ab oculis, est vox omnino cœlestis. De cœlo facta est vox Evangelista; raptò in extasim; de seque dicit: Convertere sum ut viderem vocem. Alia dicitur Tautolog. 10. D. 1. num. 3. & D. 4. a num. 2. Patet de cœlo, dum vocis visio & cordis mira conversio: igitur converti, ut vox respiciatur, est converti ipsâ voce quæ videtur: quippequam superiori gaudet vox in conversionem virtute, quam vident oculi. Quod factum in Sina, iteratur per desertum, prædicante Ioanne, & aurium suspensâ naturali sensatione: etenim dum ille fulminabat vitam cœlestis Regis & mortem Legis; populus videbat voces.

13 Unde origo visiois vocis discurrendum; quippe de Baptista iudicium, non videtur videri secundum visionem oculorum, neque secundum auditum aurium. Promam & volupè, pro voce singulari Baptiste, vel aptius, Baptista voce. Si verba in aure manent, vox est aurium, & verbum dictum. Si verba in oculis hærent, vox est cordium, & verbum factum. Verbum si in aurem ingreditur & egreditur, transit ut verbum: si collocatur in corde; vox tunc non aurium, sed oculorum: maneat discrimina vocis explicata, & simul Præcursoris excellentia: equidem quantum esset, ingeniosè notarunt; ubi ex huiusmodi voce quæ visa, in corde posuerunt. Ita altrui Lucas, quò sup. Divulgabantur verba hæc: & posterunt omnes qui audierant in corde suo. In corde; Aptius quæ audita, audita constant, si in aure. Si intendunt, oblivione non posse deleri, quæ in Ioannis nativitate, mira sunt facta; magis habile depositum, illa mirantium memoria. Cur ergo miracula huius singularis vocis, in sphaera servantur pectoris? Quia singularis. Vox in aure neutiquam miraculosa: miraculum, quæ vox visa; quippe virtus luceat vocis, ex novitate virtutis, in sensum mutato sensu, ac comprobato miraculo; & quod audiretur infans, & videretur vox clamans. Unde ad miracula & verba, quæ audierant ex corde fecerunt sedem; quia Baptista nascente viderant vocem.

14 Claret ergo maior homine, qui in ortu suo natus homo excessit legem nativitatibus humanæ, Quis putas puer iste erit? Quis vel qualis? Quis. Si quis intenditur interrogatio; facile respondetur: Erit iste, qui vel puer maior homine, nativitate mirabili. Quis iste erit? Erit magnus. Ita exponitur à cœlo. Erit iste, quia iste magnus ab ipsa nativitate: quandoquidem nec invenitur quæ possit dicere lingua;

Luc. 1. Verf. 66.

Et mirabilis

Verf. 66.

Verf. 124.

Quo 2 quan

quanta in eius ortu visa & audita miracula. Ex historia emergit pulcherrima allegoria. Dubitavit Zacharias de tanta ex & in puero felicitate; & in penam usque ad infantis circumcissionem non potuit loqui.

Verf. 10.

Quae mira in eius natiuitate nequeunt dici.

Ioan. 1. 23.

Organum est dicendi Verbi incarnationis.

Claudian.

Eris tacens usque in diem quo haec stant. Totum quidem complectur, quando Elisabeth peperit filium. Cur igitur etiam post eius natiuitatem manet clinguis, si iam in sinu promissa nuncijs caelestis? Quoniam natiuitas Ioannis. In illa videnda miracula eximia, prodigiaque magna, vox sine corpore, loquela in infante, infantia sine infantia, in mutoque lingua: linguaque ligatur patris loquentis, quousque transeat tempus natiuitatis infantis; quippe est in alijs miris, mirandisque quit signari Ioannis celsitas, prout est & erit hic iste, non potest dici natiuitas. Nascitur vox. In elogium & summum satis est. Ego vox. Cur vox dicitur & non vocalis, uti ceteri homines? Cui inest vox, vox non est: & Ioannes maior homine, excedens legem natiuitatis humanae, extunc diffinitur vox; quia per illum, ex quo natus, loquebatur filius Dei. Ipse qui loquebatur, ecce adest, & carne praesens, ellegens Ioannem Vocem in organum, orbisque miraculum, qui locutus est olim per os Sanctorum. Ex hoc illi cuncta encomia, & cuncta in illo miracula.

Insignem naturam refert, totumque per orbem Collectae partes unum reuocantur in amorem.

DIDASCALIA IV.

Dolor Virginis ex cruce, crux ex dolore.

Stat mater iuxta crucem, cui maior crux; quippe sic stabat mater, amore in filium languens, & valens amore: igitur vincens virtute dolorem, stabat, quanvis mater, iuxta crucem simul aucta ex propinquitate cordis aman-tissimi poena, quia cruce affligente filium, dumtaxat stabat iuxta. Ah! Quantus dolor! Verum, quantus amor. Reparatrix iuuit filium, saluantem genus humanum, per tot discrimina rerum.

Mala criminis Eva Virgo secunda fugat. Nulla est iniuria sceleris. Restituit, quod prima tulit; non voce quereis.

Maria reparatrix generis humani.

Arator.

Excitet, aut gemitu moerentia corda fatiget

Antiqua prole dolor: scelera ipsa, ne-fasque

Hae potius mercede placent, munda quoque redempto

Sors melior de clade venit.

Arator uti ait, 1. in Act. Apostol. a v. 58.

Adinstar Iudith propter angustias & tribulationes generis sui, haud suae pepercit animae; sed ruinae subuenit ante conspectum Dei nostri. Quae imitata Iudithidem, non obliuam Samuelem. Hic ministrabat ante faciem Domini, matre pra gaudio exultante: in calvarij lamentabili articulo non gaudium, sed afflictio genitricis cordo- rum; quippe in grauissima poena Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie. Plura in tractus propositum alibi dixi; sed iubet devotio renovare dolorem.

Petra illa percussa in Horeb signabat Christum in cruce vulneratum & suspensum, Zachar. 3. 9. Percussa est petra, & exiit abundantissimae aquae. Quorsum huiusmodi signa? Dicit Sedulius, lib. 1. Carm. v. 159.

Christus petra, Christus in undis. Apertus exit ex vulnere aqua, dum pro nobis Christus percutitur petra: equidem haud respondet homo gratus magnitudini dolorum, ni cor liquecat in torremment lachrymarum. Haecine tanquam signa facta in deserto: altiora docta in calvario pro lachrymis cordis, dum Christus in tribulationem undis. Percussio igitur eius latere, morte victa, exiit sanguis & aqua: si in aqua signantur pro dira passione lachrymae, & in sanguine dolor relictus in corde; exit e vulnere sanguis, ut constet qualiter Christus plorandus in undis: igitur fetus non aptus, ni sanguinis effluat ab oculis fetus.

Videte fossi corporis sanguinem, videte, & ut fons duplex

Seaturiat eius de latere: vis sanguinis Promittit & aqua, lancea ictus cuspidem. Inde geminus fons bullens exessat.

Cor dat oculis materiam in formam fetus, & intimi planctus; siquidem lumina, uti cordis speculum, monstrarunt genis in sanguine conditionem lachrymarum. Haec ne crux Virginis ex vulnere cordis? Saepae in passione filij viscerum exprimens dolorem, ploravit sanguinem. Haec crux, sed non summa in summa poena. Alia protecit in viscera pondus. Quenam ergo? Eius ad pondera virtus: etenim illi maius tor-

Excitet, aut gemitu moerentia corda fatiget

Antiqua prole dolor: scelera ipsa, ne-fasque

Hae potius mercede placent, munda quoque redempto

Sors melior de clade venit.

Arator uti ait, 1. in Act. Apostol. a v. 58.

Adinstar Iudith propter angustias & tribulationes generis sui, haud suae pepercit animae; sed ruinae subuenit ante conspectum Dei nostri. Quae imitata Iudithidem, non obliuam Samuelem. Hic ministrabat ante faciem Domini, matre pra gaudio exultante: in calvarij lamentabili articulo non gaudium, sed afflictio genitricis cordo- rum; quippe in grauissima poena Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie. Plura in tractus propositum alibi dixi; sed iubet devotio renovare dolorem.

Petra illa percussa in Horeb signabat Christum in cruce vulneratum & suspensum, Zachar. 3. 9. Percussa est petra, & exiit abundantissimae aquae. Quorsum huiusmodi signa? Dicit Sedulius, lib. 1. Carm. v. 159.

Christus petra, Christus in undis. Apertus exit ex vulnere aqua, dum pro nobis Christus percutitur petra: equidem haud respondet homo gratus magnitudini dolorum, ni cor liquecat in torremment lachrymarum. Haecine tanquam signa facta in deserto: altiora docta in calvario pro lachrymis cordis, dum Christus in tribulationem undis. Percussio igitur eius latere, morte victa, exiit sanguis & aqua: si in aqua signantur pro dira passione lachrymae, & in sanguine dolor relictus in corde; exit e vulnere sanguis, ut constet qualiter Christus plorandus in undis: igitur fetus non aptus, ni sanguinis effluat ab oculis fetus.

Videte fossi corporis sanguinem, videte, & ut fons duplex

Seaturiat eius de latere: vis sanguinis Promittit & aqua, lancea ictus cuspidem. Inde geminus fons bullens exessat.

Cor dat oculis materiam in formam fetus, & intimi planctus; siquidem lumina, uti cordis speculum, monstrarunt genis in sanguine conditionem lachrymarum. Haec ne crux Virginis ex vulnere cordis? Saepae in passione filij viscerum exprimens dolorem, ploravit sanguinem. Haec crux, sed non summa in summa poena. Alia protecit in viscera pondus. Quenam ergo? Eius ad pondera virtus: etenim illi maius tor-

Iudith. 13. 25.

1. Reg. 2. 18.

Iuxta crucem mater ministra filij.

Exod. 17. 6.

Sedul.

Pastor Saluatoris ploranda & lachrymarum san guini.

Ioann. 19. 34.

Greg. Naz.

Ita, dicitur rauri Virgo.

mentum, quod videbatur subdium.

Verf. 15.

Eius crux, filium pati, & non mori.

Manil.

Tob. 3. 20. 21.

Iuxta crucem, quae crux virginis.

Senec.

De illa dicitur, Stabat iuxta crucem. Brevi summus dolor dicitur, dum filius in cruce patitur. Videt patientem, & ipsa stat iuxta crucem. Stare ostendit virtutem, crux filij vehementer matris dolore: diciturque iuxta crucem filij matris statio, ut eius cordis dolorum demonstraretur magnitudo: igitur ultra non est, dum filium conficit crux, patientem ita videre, & matris vitam stare. Habebar acerbicatem cruciaminis, quia filij cruciamina coram oculis, percusso vehementius corde, quia ministrabat patienti. In absentia cor dola, verum oculus non videt. Videre poenam, ac diligentis non languere vitam; est cordis fortitudo adversus fortitudinem cordis, simulque amoris virtus adversus pugnam virtutis. Hispanice: Es valor en la pena, siendo la mayor pena el valor. Contra cruciamina elucet praestantissime virtus; tuncque in Virgine virtus vehementior cruciatus; quippe filium videbat acerbam crucem patientem, & stabat iuxta crucem. Addidit insignis Manilij enthu- siasmus, lib. 5. Astronom. a v. 560. Astrinxere pedes scopulis, inieclaque vincta, Et cruce virginea moritura puella pependit. Sepvatur tamen in poena. Crux ibi erat filij, & ex amore erga filium formabatur crux virginea, in qua moritara; sed in poenam ampliorem mater servata; ut multiplici morte pati posset, quae in vita non possunt pati: igitur si minor maior poena, qua volat anima; ultra poenam maiorem, in cruce amoris virginea Virgo mater passa est crucem: stetit enim poena usque in absentiam animae, sine animae absentia: appropinquabat usque ad portas mortis; sed non ingrediens; claret, quare misero data est lux, & vita bis qui in amaritudine anima sunt: haec mortem videt, expectat, verum non venit: quandoquidem eam crux fit virginea, per quam ad poenam servata mater, poena moritur, erat anima praesens, ut moriendo sentiret subiecta summis ictibus, ut sentiendo doleret: ligata cordi, ne cruciamina fugeret; simulque carni coniuncta, ne sensus supervolaret. Fides iungit cum morte vitam, inter quas nusquam concordia. Vita dolore cadit, amore fergit. Reparatur vires amissas iustus amor.

Sicene crux Virginis ab amore excogitata, quippequam crucem filij tantum iuxta. Non in illa erat, sed iuxta crucem stabat. Ingens profecto martyrium, & insigne virtuti testimonium! In cruce desiceret pra doloribus vita: iuxta crucem cruciamine ex non passione, vivebat poena; & tunc vita sine morte moriebatur, ut in mortem vitalem reservaretur. Vivebat moriens, moriebatur vivens; nec mori potuit, quae vivens mortua erat: ita inquit Bernardus, de Lamentat. Virgini. Implicat cuncta, & coniunxit in dirum dolorem pra amore ingeniosa poena; ut dicerent ipsae implicationes, quae & qualia tormenta peccatoris. Usque in mortem signatur doloris meta: & poenam in acriorem cuspis amoris processit ultra; quia iuxta filij crucem in unum Virgo coniunxit vitam & mortem: mortem, ut quo transire poena posset, indicaret: vitam, ut transire posset: quandoquidem ultra procedebat faucij peccatoris amor, quam quo quibat anxius pervenire dolor. Utriusque in corde sedes, ubi pra dilectione videbat

Diras doloris artes. Vitam mortuam, mortemque vivam, in expressionem doloris: equidem cum articulus filij morientis vitam matris auferat, simulque restituat, ut poena ultra summum inoleat; vita pra poena erat mortua, & pra morte vitali vivebat poena.

Astruit ingeniose Cicero Tusculan. qq. 2. Disputat de varijs, crebrisque infortunijs, quieti vel felicitati indidantibus, hominis, & in quibus virtutis cordis patet theatrum, etiam in fortium exemplum. Virtuti nihil non magnum. Virtus omnia rerum adversarum onera sustollit, non incurvatur, non succumbit: stat recta sub quolibet pondere. Ita Seneca Epist. 72. & Stadius lib. 5. Silo. v. 110. & lib. 12. Tebaid. v. 90.

Undantes agro fenebat corde dolores: Turpe gemens, crudosque vetat sentire Scat. dolores.

Ita virtuti aperitur scena: equidem ubi averfus fortuna: vultus, cognoscitur virtus, eiusque claret pretiosa momenta in obvia tribulatione, sicut auri Lydio lapide. Plura sunt, quibus virtus praestat, & animus rutilat: at inquit Cicero, utriusque duo munera sunt maxima, mortis, scilicet, dolorisque contemptus. Difficilia, imo impossibilia profert. Exprimat contemptum doloris, & mortis in argumentum virtutis: aut improprimum, mortis & doloris, quippe mors doloris finis. Mors est ultimum malorum, modo post illam dolor, non erit ultimum. Senectivum probat possibile in carne corpore: nihilque mors

Vixit moriens sine vita vivens.

Bernard.

Quo intui- tu?

Senec.

Senec.

In quo fortitudinis ex treantur.

Cicero.

relinquit sentiendum, à corde rapiens quicquid erat sensibile ad ictum. Asserat, valens cor despiciere dolorem & mortem, propter strenuitatis asstimabilis virtutem: verum mortem & dolorem? Ubi? Dum amor dolore torquet, & conficit mortem vitalem, vitam revocans in mortem. Ubi eius sagitta transit metam, ut dolor procedat velociter ultra vitam. Ubi impossibile necit, & ultra summum quod non passibile urget: equidem cum pena ex amore lætetur mortem in cruciamen, & vitam simul in vitalem mortem (& amor amantem ita vexat, ut vivat pena ingeniosâ morte vivâ) post mortem addit acuitatem doloris in signum virtutis pectoris: igitur præ dilectionis vehementia ostendit pati, quicquid in sphaera dolorum nunquam passibile. Dialecto nostrâ vigilantius: *Se vió la muerte con vida, para sentir el dolor de lo vivo de la pena.*

Anima do-
leoris mor-
tua, dum
pena viva.

6 Haud aliter contigit Virgini in articulo calvarij, cuius mens percussa cuspi- de teli: equidem vulnera Christi morientis, simul vulnera dolentis Virginis-matris; quorum fortes ictus dicebat pallore vultus. Retorqueamus Senecam in *Hercul. Oetæo*, à v. 447.

Sistit, in vultus dolor
Processit omnis: peñore penè intimo
Nihil est relictum: fietus insequitur genas:
Nec unus habitus durat, aut uno sistit
Contenta vultu: nunc inardescunt gene,
Pallor ruborem pellit, & formas dolor
Errat per omnes. Queritur, implorat,
gemit.

Senec.

Sollicitudo
amantis co-
patientis.

Sonnuere cæli: ecce sollicito gradu
Secreta mentis ore confuso exerit.
Verum quid? Stabat iuxta crucem. Etiam animâ faciâ stabat, morientisque vivebat: igitur

Eccles.

Vidit suum dulcem natum
Morientem desolatam,
Dum emisit spiritum.
Dolor filij premit, dolor matris usque in mortem urget; sed suspicia sepelit, lacrymas bibit, mens mota & icta etiam immota manet.

Virgil.

Stetit acri fixa dolore.
Nonne dolor pervenit in summum? Toleravit ultra terminum. Insebat dolor mortem, sed amor revocabat vitam, con- struens vitalem; ut viveret moriens, & moretetur vivens, nec mori indepisceretur, que continuo moriebatur: igitur ut intimi- us ac vehementius cor amantis fodica- ret dolor; ita vitam & mortem coniunxit amor (matre patiente quod impossibile pa-

Passa Virgo
impassibi-
lia.

ti) ut cordis & doloris offenderit superio- rem virtutem, dolorem in vitali morte portans, extra & ultra doloris extremita- tem.

7 Appensum est Susis ferale edictum de exterminatione Iudæorum, iram in om- ne genus excitante Aman, cui summè dis- plicebant mores gentis Israël. *Ut deslerent omnes Iudæos, à puero usque ad senem, &c. Rege & Aman celebrantibus convi- vium, & cunctis Iudæis sentibus.* Audi- vit Mardocheus, & expavit, stupens nep- ti præcepit, ut vel cum periculo vita, toti Israëlitarum potens consuleret afflictæ nationi illaque considerans, verum des- piciens discrimen; mori decrevit ut sal- varet gentem. *Ingreddiar (inquit) ad Regem (contra legem faciens) non vocata, tradens- que me morti & periculo.* Quid hoc? Est periculum post mortem? Et grave, cuius speculum videtur in Sola Virgine. Pericu- lum post mortem imminet Esther, ut plus quam per mortem premeretur eius cor. Post mortem discrimen, & mors? Acer- ba? Quænam mors post mortem? Vita. Vi- ta postquam raptâ? Vita. Occisus cunctis ex genere ac lege, manebat sola: & cum huiusmodi derelictio ac desinitio vitam præ dolore adimat, ac in acriorum pœnam vitam contineat; timet post mortis crucia- tum, vehementioris doloris sequens pericu- lum: etenim ita ingenium doloris in ani- mæ solitudine; ut post mortem cor afflictum dirisimè possit mori. Summa diritas fe- mina sola, quia sedet dolor in animo; tra- ditque se propter alios Esther & mortis & periculo; inter malaque consultit, quomo- do malis averteret: igitur prius quam sola remanere, eligit libenter mori.

Esth. 3. à
v. 13.

Cap. 4. 16.

Cur in ser-
mina orba
inest mors
viva?

8 Prius quod appositè occurrit pen- demus, quam proposito Didascalie re- spondeamus; quippe textus per phrasem subtilem exprimit insignem in Ignatio de Loyola charitatem. *Auditus aliquando dicere: Si optio daretur, male se beatitu- dinis incertam vivere, & interim Deo in- servire, & proximorum salutem; quam certum eiusdem glorie statim mori.* Ita Petrus Maffæus lib. 4. & Ribadeneyr. in *Vit. Ignat.* Sic enim Ignatius flagrans amo- re intenso tradidit se morti & periculo. Prothymè expediremur à nodo per Hen- diady acceptâ auctoritate, ut sape alias; sicut astruimus hic *Didascal. 1. n. 3. T. 3. n. 126. & dicimus T. 9. n. 23. 54. 61. & T. 10. D. 6. n. 16. In virtute, in Spiritu San- cto. 1. Thessalon. 1. 5. Idem, in Spiritus Sancti virtute. Vir imago & gloria Dei est.*

Hendiady,

At

1. Cor. 11. 7. host est, imago glorie Dei. Nihilofecius in præsentiarum: *Tradens me morti & periculo:* nempe, periculo mortis: sicut apud Virgilium, lib. 9. *Æneid. v. 604. Gela duramus & undis:* & *Lucret. 6. de Rep. natur. v. 393.*
Turbine celsi subitò correptus & igni.
Assentire cogitationi, ni textus Hebr. alij- que interpretes in altiore sensum exponerent testimonium per Epizeuxim, seu Pallo- giam: quapropter legunt: *Auferar, aufe- rar. Tollar, tollar. secundum quod peribo, peribo. Percam, percam:* denique, *Moriar, moriar:* Videtis Maluend.

Virgil.

Lucret.

Epizeuxis.

Joann. 15.
13.

Summam
in eius amo-
re, diligere
proximum:
cum pericu-
lo anima.

Cur in ser-
mina orba
inest mors
viva?

Mass.

Ignatij fla-
grantissima
charitas.

Non suam,
sed Dei tan-
tum solici-
tat gloriam.

9 Modò claret Ignatij charitas pecto- ris, & lucret ex corde ardens flagrantissi- mus ignis. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Pulchre: non dicit vitam sed animam; cum salvari possit anima, pro- fusâ vita; nullaque maior proponitur hac dilectione; quia summa, amicos diligere cum periculo animæ. Magna utique præ- stat charitas, quum propter salutem pro- ximi vita dispenditur; quoniam vitæ dis- pendio salus animæ propriæ tutius reponi- tur. Magna est, sed adhuc est maior, ubi non vita, sed expositur anima: optabilis sal- vationis. Peccatores averfabantur Ignatium, & propter peccatores subire salutis cupit periculum. Diligebat etiam amici non essent, ut faceret Dei amicos; ex quo tan- quam ex multis amplior Dei constabat honos: eligique pro his qui non diligunt, sed diliguntur (ut diligant Deum ac dili- gantur) periculum in incertitudine salutis; pro amplissima ostensione charitatis: igitur cum charitas insignis sit expulsos du- cere in viam æternæ felicitatis; & maior, cum periculo propriæ animæ salvationis (quippe quò plures in gloriam animæ, plus micat celsitas divinæ glorie) ille à celo recedit, ut accedat illi, insigniore chari- tate: quippe quàm cum ampliori Dei glorie consulat Ignatij cor: vacuus spe, in glori- am proximorum dicit ad maiorem gloriam Dei.

10 Ulterius. Cum Christus sicine amaverit, de sequendo exemplo monet; & non dicit vitam, sed qui pro amicis ex-

ponit animam. Vitam, magni amoris est, sed non summi: plures pro amicis vitam dedere. Vide Cicer. de *Amicitia*, & *Virgil. 6. Æneid. v. 121.*
Fratrem Pollux alterna morte redemit.
Vitam & famam, maioris est charitatis in fide amoris; etiam ex amicis in cordis mes- si cruciamen, nullam experitur fidem.

Appositè Alapid. hic. *Ut pro amicorum & proximorum salute nullam laborem, nul- lum periculum, nullam persecutionem, nul- lam mortem; nullum tormentum recusand- um. Harum demonstrationum tota Ignatij vita fuit clarissimum speculum.* Huc ut- que videbatur extolli charitas pulcherrimè alata; sed evolavit ultra. Maior charitas describitur, & in animæ periculo designa- tur: equidem cum excessum vellet amoris exprimere, discrimen ostendit animæ: quoniam dum æstuat in corde amoris celestis rogos, nullus maior charitatis excessus, quam salutis æternæ vivere incertum, ob sal- utem animarum. Nullam mortem respicit, qui sic, vel qui non diligunt diligit: etenim ultrò separatur amore ab æterna gloriosa felicitate; pro proximorum distantium optabili salvatione.

Alapid.

Quæta pas-
sat in hoc
vine propa-
situm!

A gloria rec-
edit, ut
proximus in
iret.

Apoc. 21. 8.

Summa
Estheris &
Ignatij cha-
ritas.

11 His præmissis, acumen delicatur tes- timonij superioris. *Tradens me morti & periculo.* Est periculum post mortem? Et manum, quod dicitur *Mors secunda*, quia in illa amittitur anima; & in morte priori amittitur tantum vita. Hic præ se fertur pro proximis amor, & etiam amor sublimior. Amor, in vitæ dispendio, tradite morti, ne moretetur alij: equidem ob- sequia amoris æstuantis pollent; dum tra- ditur vita, ut morti traditi viverent. Periculum post mortem spectat ad animam, non ad vitam: id est ad animæ salvationem, in quo discrimen. Ubi periculum non im- minet, secunda salus notescit. Periculum est, ubi potest esse & potest non esse felix exitus de salute animæ. Ibi propriè pericu- lum, quo nil certius, nisi incertum: unde cum ab Esthere summi amoris erga proximos ostenditur demonstratio, tradit se spon- det morti & post mortem periculo; quia propter amorem mavult dubiam salutis propriæ anxietatem, ut firmam proximi ad- ipiscantur salutem. Felicitate & non absur- de insigne Ignatij obijciatur oculis. *Ad ma- iorem gloriam Dei.* Quid mirum? Mavult se beatitudinis incertum vivere pro Dei gloria, & proximorum salute; quam cer- tum eiusdem glorie, statim mori. Votum cordis amantis est summæ felicitatis, & modò urget eiusdem glorie studium incer- titu-

titudinis? In charitatis insigne eligit & mori & mori, tolli & tolli, perire & perire. Mori in salutem non est mori. Est amoris obsequium, sed proprium amantis commo- dum: igitur vita dedita & mors passa in proximorum salutem, astruit amanti aternam felicitatem. Est profecto charitas, sed restat charitatis summitas, quam ostendit Ignatius, simulque patuit cordis flagran- tis excessus, se exponens etiam post mor- tem mortis periculo; ut quadrigæ peccato- rum esset salvatio: equidem si duntaxat moretetur, morentur. In periculo eius erat peccatorum salus: traditur periculo damnationis animam, ut qui mortui haberent vitam; & simul ac periculo con- fect, quod maiorem hac dilectionem ne- mo habet: igitur si per fidem dilectionis fulget peccatoris amor; nulla sanequam su- perior, quam sese exponere periculo amiti- tendi beatitudinem, ut proximi nanciscan- tur aternam felicitatem.

In Ignatij periculo erat peccatorum salus.

Benavid.

Ardet, & ad caelum satagit revocare ruentes

In scelera, eximio raptus amore Dei. Succinit Benavides, lib. 2. Epigram. 23. Aptè a Picinello in Munda, Symbol. lib. 11. n. 135. confertur Iliis: equidem eius flamma cor, citò elatum in aethera, peccato- rum tangit corda.

Illi car fu- miliis

Picinell.

Et caelum respicit imò.
12. Fleatatur ergo calamus aviis, et- si à scopo non aberrans, ad Estheris ubera, quae eodem vagabatur tractu charitate vulnerata. Tota gens periret, ni se pe- riculo mortis exponeret. *Ingrédiam (ait) tradens me morti & periculo.* Sanè impen- det periculum mortis: at post mortem nullum periculum. Cuinam ergo periculo, exponitur, postquam moriatur? Mori.

Ubi sup.

Solitudo cor- dis vitam tollit, & vi- tam suspen- dit.

*Moriar, moriar. Mori? Utiqùe. Quanam mors post mortem? Vivere. Mori & vi- vere ultra mortem? mors secunda? Cla- ret in foemina, orbitate sola, quæ quia so- la vel vivens vitali privatur aurâ. Orbitas ex se halitum tollit, simulque vitam sus- pendit. Orbitas communis est mors post dulcem auram vitalem: orbitas totalis est vitæ periculum atque discrimen post mor- tem. Primum est mori: secundum in mor- te vivere: in morte, ut extrema doloris sentiat anima: vivere, ut patiatul ultra extrema: unde cum perire, ac vitam re- tinere sit ultimum in dolore; se exponit Regina mori, & periculo moriendi: igitur subeundo cunctis occisis dirisissimam solitudinem, pateretur sola sola etiam vivere post mortem. Nostates: *Quita el**

dolor de la soledad la vida, y dexa al cora- zon vida; porque se fienta el dolor, que causa la soledad: pues puede para mas pena, morir despues de morir; teniendole yá pasado, y ballando mayor peligro.

Et nunquam querulus causa doloris abest. Ovid.

13. O Virgo præclarissima! quæ pas- sa tormenta, vel quæ non passa! Iuxta crucem gliscit cordis amantissimi dolor: *Datque tuus mæsti signa doloris, amor.* Idem.

Utrumque Heliotropij conditio designat tractum, quo Maria passa est mortem, & post mortem quoque mortis periculum. Describitur flos gigas, pulcher, constans hincine coram Sole, cum lemmate: *Usque ad occasum.* Haud satis respondere vide- batur Solis amor; & addita epigraphæ. *Et abeuntem quoque.* Consultes Picinell. d. lib. 11. n. 58. & 68. Claret in eclipte Solis Solisequa Virgo mater: igitur amore eximio passa est mortis tormentum, se- quens lustritia Solem usque ad occasum: sed post mortem aliam mortem, quippe- quam etiam secuta abeuntem: *Et quidem posseâ quam emisit spiritum tuus ille Ie- sus, ipsius planè non attigit animam cru- delis lancea, quæ ipsius aperuit latus; sed tuam utique animam pertransiit: ipsius, nimbrum, anima (inquit Bernard. term. de 12. stell.) tam ibi non erat: sed tua pla- nè inde nequibat avelli: equidem quæ in morte filij & occasu Solis passa est mortem; in absentia passa mortis vivens dolori, pa- teretur discrimen.*

Idem.

Picinell.

Virgo desiti- tuta car fu- miliis Helio- tropiæ

Bernard.

14. Totus Virginis maior, maximus- que dolor fuit iuxta crucem & dum Sol obijt, & dum in sepulchrum abijt. Verùm quare hic maximus? Erat sola, orbitateque tali percussa est anima. *Atque animam matris ferro fulgente ma- chera,* Iuvenç.

Quo pateant tecti tenebrosa volumina cordis. Iuvençus lib. 1. v. 241. Ita igitur Simeon allocutus est Virginem: *Tuam ipsius ani- mam pertransiit gladius.* Quando? In cuncta passione: at unde maxime? Dum vidit in cruce? In morte? Lancea trans- flossum? Dolorem gravem, sed maximum, quum experta est abeuntem: equidem hic vulnerabatur mente, quæ pridem corde. *Invasit animam, prius icca pectus,* Greg. Naz.

Altius pungentibus doloribus:

Succinit Gregor. Nazianzen. de Christo patient. v. 426. Pridem erat dolore trans- fixa iuxta crucem; verùm habebat in do- lore comitem. *Stabant (dicitur) iuxta crucem Iesu mater eius & soror &c.* Post- quam

Iuvenç.

Luc. 2. 35.

Virgo vul- nerata cor- de & men- te.

Greg. Naz.

Ioann. 19.

25.

quam

quàm sepulchro abeuntem commisit iux- ta crucem afflicta, sola remansit: unde eum extrema foemina, genitricique pena, quòd delicta & quod sola; qui in filij occasu rupit cordis amantissimi tunicam, abeuntis gladius pertransiit usque in ani- mam. Exposuit se ultrò & morti & peri- culo. Morti, ex occiduo Sole; periculo ex abeunte. Mors & mors? Ita quidem: so- la est. Mortua est à corde, vivitque cor sine vitalitate, ut nexu extremi impossi- bilis, constaret pena Internæ diræ orbita- tis: igitur esset exigua, ni moretetur cruci- ciatu, & esset remissa, si in huiusmodi morte careret sensu. Quod propter con- trarietatem simul implicat, in anima Vir- go genitrix sine oppositione complicatis equidem in periculo mortis post vitam, so- litudinis animæ ostendens amaritudinem; passa, ut magis pateretur, etiam vivere post mortem.

quàm

Unde anima transfixa?

Utrumque

Utrumque

Plalm. 87 à 7. 5.

Symbola varia orbis- tatis.

Quandam evinai post mortem?

Utrumque

Utrumque

Utrumque

Utrumque

Utrumque

Utrumque

Utrumque

stilla silentes transmittunt; nec est horri- bilis ullam spectaculum. Princeps sacro- rum, ubi ad locum pervenit, deorsum in foveam constituit: multaque superne terrâ ingesta, domus occultat. Totam perfectum in corde Virginis-matris, ut mortem pa- reretur post acerbiter mortis, concisa vulnere super vulnus extremum: unde si- milis facta descenditibus in lacum; quia dolores posuerunt eam in lacu inferiori in tenebrosis & in umbra mortis.

Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos. Iuvenal.

Uti in articulo dicit Iuvenalis de Vestale, *Satyr. 4. v. 9. Solam ergo virginem demit- tebant:* inquit Chart. iungiturque mors vi- vo adhuc sanguine, vitæque cum mortis ut pena designetur solitudinis coniunctio- ne vitæ & mortis: vitæ mortuæ, mortis vivæ: vitæ mortuæ præ vehementia dolo- ris, quippe non magnus, si in sola aliquid staret vitalitatis: mortis vivæ, ut gladius percuteret usque in animam, cum aliquid mortua pateretur ultra vitam.

Supplicium Vestalium.

Iuvenal.

Chartar.

Cur Symbo- lica solitu- dinis Virgini- nis?

Pier. Val.

Et lacerna simul?

Duplex sine mors in Vir- gine matre.

15. Præterea. Lucerna simul cum vir- gine sola relinquebatur. Horribile pro- sum spectaculum! Uti speculum cordis lu- cerna apponitur. *Per lucernam signantur dua mortis:* ait Pier. Va. etian. lib. 46. cap. 13. Quam aptè in solitudine ex vive lucer- na mores duæ! Una illata à pena, alia à vita. Summè patitur cor, quum vitæ & mors simul sunt: & in lucerna vitalitatis, iurè pro solitudine signum fiat duplicis mortis; quia pervenit usque ad mortem ob orbitatis cruciamen: & denique quia habet vitam, post solitudinis penam, quin post tanti doloris saturitatem, viva & mortua

Quat exaturare dolorem. Sat.

16. Latum à Domino ligni veriti præ- ceptum, & actutum transgressione legis illatum ausus supplicium. Simul proferen- tur, ut compelleretur audacia, & præscri- ptum & sententia: *Morte morieris.* At quando? Deliquit Adam, verùm vitam non amisit. Quomodo & quando penas transgressioni deditis: ut non solum mo- rereetur fracta lege, sed moretetur & mor- te? Dum filium superstes innocentem amisit, ut astruit Chrysolom. *Homil. 11. ad popul.* Hocne mors duplex, seu bina mors? Adhuc halitus vitalis in corde est: apparenter videtur mori, moriens cum usu & usura vitæ. Haudquaquam, sed vi- ta duplici morte. Filium vidit innocentem vulncribus plenum, a fratre innoxium occi- sum. Filium & talem, non qualem qua-

Chartar.

Pier. Val.

Et lacerna simul?

Duplex sine mors in Vir- gine matre.

Sat.

Gen. 2. 174

Chartar.

Chartar.

lem

Sumere supplicium, duroque affigere ligno?

At mihi si caeli concederet alma potestas

Pro te nate mori; fatum crudele subirem

Sponte mea. Si non potuit nisi triste piari

Morte tua crimen veteram commune parentum,

Me quoque dede neci, mecum partire dolores.

Si mortale tibi divino in corpore quicquam est,

Ipse mea de stirpe geris. Non famina pomis

Abstulit vetitis: pariter commissa luantur.

Nec maternus amor mihi iam producere vitam

Invisam moveat; quoniam solatia tristi

Mors feret, & tecum nusquam comes ire recusam.

Quid miseram sine te desertam nate relinquis.

Iam mihi vita gravis, cui lux ablata dies est.

Anxia sic Virgo secum, sic peccatore versat: Temperat at probitas animi (spe freta) dolorem.



TAU-

TAUTOLOGIA SEXTA.

AIT DOMINUS DEUS ISRAEL: LOQUENS
locutus sum. 1. Reg. 2. v. 30.

EXPOSITIO LITERÆ.



Pus præsentis Pleonasmii difficile: caterùm eius materia superat opus; siquidem multa continet inextricabilia, tam propria, quam incidentia, penè antilogica. Negotium cuncta facessent. Cessare iuvat, quia cura nocet: Nullo prorsum modo. Dicam cum Manilio 1. *Astronomici*, cap. 1. v. 80.

Et labor ingenium miseris dedit: & sua quemque

Advigilare sibi insit fortuna premedando.

Seducta in varias certantur peccora curas:

Sed quæcunque sagax tentando reperit usus,

In commune bonum commentum leta dedere.

Manil.

Argumentum igitur Tautologia: est de Sacerdotio in duabus familijs filiorum Aäron; Eleazari nimirum & Ithamari. Esti summi sacerdotis Heli (sub quo oblatum in Sanctuarium à genitrice Samuel, eius præfectura successit, ut videbimus) nobilis genealogia ab Ithamar; à nullo sanè refertur, nec constat è Sacra pagina: tantum ergo ex hac perspicue liquet ab Heli, quousque Pontificatus rediit ad familiam Eleazari in Sadoe: scilicet Heli, Phinees, Achitob, Achias, 1. Reg. 14. 3. Achimelech, frater Achias, cap. 22. 20. & Abiathar, qui à Salomone depositus, eò quod cum Adonia & Ioab conspirasset, 3. Reg. 2. 26. 35. ubi: *Rex Sadoe sacerdotem posuit pro Abiathar*. Series stirpis Eleazari, præscribitur 1. Paralip. 6. à v. 4. Filij Aäron Eleazar & Ithamar, Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zaratiam, & Zaratias genuit Meraiob; porro Meraiob genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob; Achitob genuit Sadoe, & cætera, quæ nostro proposito modo non sunt opportuna.

Genealogia
Heli.

Est Sadoe.

2 Hinc varia possunt excitari quaestiones. Prima, quando scilicet Heli ingressus obivit Pontificatum; cum illum usque esset in familia Eleazari, filij senioris Aäron; nec deficeret soboles, uti constat ex catalogo præfato? Philo Biblicus, ut vidimus *Tautolog.* præc. asserit Heli sanctum summo sacerdotio post Phinees, Eleazari filium: quod quidem ludicrum; etenim inter utrumque administrum intercesserunt anni trecenti iuxta supputationem Adrichomi in *Chronic. Estat.* 3. A destructione Gabaä, & ferè totà Tribu Benjamin, quo tempore senex vivebat Phinees (*Judic.* 20. 28.) usque in præfecturam Heli, signantur à Turfelino & Brietio, 334. anni. Idem numerus à Torriello *ann. Mund.* 2594. n. 6. & 16. A Genebrard. 299. à Sanctio hic n. 83. anni pauciores quadringentis: qua de causa plures, uti Lyra 1. *Paralip.* 6. n. 3. *Ibid.* Alapide, & 1. Reg. 2. 30. sequuntur Iosephum, qui lib. 5. *Antiq.* cap. 12. inquit: *Primus autem Elis ex Ithamari familia, pontificatum obtinuit: nam ante in Eleazari familia fuit hoc sacerdotium: ille enim Phinees id tradidit, quod mox filius, successor eius Abiezeres filio suo Boccia reliquit: ab hoc Ozis filius eius accepit, post quem Elis sacerdotio potitus est: expulso scilicet à Sacerdotio Zaratia. Causa huius repulsæ hand pater ex Scriptura. Sanctus in 1. Reg. 1. n. 6. subdit: Cum post aliquot sæcula Eleazari filij sacrum illud munus obirent negligenter, & res divina illorum incuriã aliquid quotidianè detrimenti caperet; translatum est sacerdotium ad posterum Ithamar. Lyra 1. Reg. 2. n. 6. addit nepotes Eleazari Israelitis indulsisse idololatriam, aliaque peccata gravissima; quibus de causis à Deo expulsi fuere ab ampliore dignitate, & simul constitutus fuit Heli iudex & summus Sacerdos, manente Pontificatu in filijs Aäron, etsi ex*

Ioseph.

Sanctus.
Electus à
Deo Heli in
Summum
Sacerdotem.
alia